



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Metropolis Salisbvr gensis

Continens. Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum  
Collegiatarum, &c. per Boiarum, ac loca quædam vicina

**Hund, Wiguleus**

**Monachii, 1620**

Additiones.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13591**

- XXXV. IOANNES Chrysoſtomus, cognomento Hirsbeckius, vir procera corporis ſtatura præditus, literis verò & virtute clariffimus, eligitur An. 1547. Habuit Germanum fratrem Paulum Hirsbeggium, ſacræ paginæ Doctorem, & Raſponenſis ſummæ Baſilicæ Concionatorem. Hic Capellam in ambitu, quam Capitularem vocant ſepulturam Comitum Schyrenſium, è fundamentis extruxit, ac figuris illorum decorauit. Obiit Anno Domini 1558.
- XXXVI. GEORGIVS Neupeck ex Wolzſach, Bauarus, expulſus Werdeæ Monafterio ſanctæ Crucis in Principum bello An. 1552. exul Schyram venit, vbi benignè receptus, ita ſe geſſit, vt Viſchpachauenſi Eccleſiæ præficeretur, hinc deſuncto Ioanne Chryſoſtomo, concordib⁹ votis in Abbatem electus eſt, an. 1559. Hic tanquàm bonus Oeconomus Templum Schyrenſe renouauit, ac Monafteriũ multis neceſſariis, ac pulchris ædificiis exornauit. Obiit Anno Dñi 1574.
- XXXVII. BENEDICTVS Prummer Monaceñ. eodem anno electus, hoc 1581. Anno adhuc præeſt, quod Deus ſibi ac Monafterio bene vertat, &c.

## ADDITIONES.

E primis ac ſplendidiffimis *Bauaria* Monafteriis vnum eſt *Schirenſe*, commutata arce *SCHIRA*, olim Principum ſede in cænobium, ſicut ex *hiſtoria Boica* patet. Noſ hic, ad ea, quæ Dn. *Hundius* tradidit, Diplomata Pontificum, Imperatorum, & Principum quorundam proferemus; haud omiſſis quoque nonnullis, quæ illuſtrandæ rei, & tractandæ Principum Boiorum pietati ſeruiunt.

**P** Episcopus Seruus Seruorum Dei, dilecto in Christo filio *Erchinberdo* Abbat. venerabili monasterij sancti *Martini* quod in loco qui *Viſchpach* dicitur situm est, eiusq; successoribus, regulariter promouendis in perpetuum. Pia postulatio voluntatis effectu debet prosequente compleri quatenus & deuotionis sinceritas laudabiliter eniteſcat, & vtilitas postulata vires indubitanter assumat. Quia igitur dilectio tua ad Sedis Apostolicæ portum confugiens, eius tuitionem deuotione debita requisit, nos supplicationi tuæ elementer annuimus & B. *Martini* monasterium, cui Deo auctore præſides sub tutelam apostolicæ ſedis excipimus, & præſentis priuilegij pagina communimus. Quod videlicet cænobium ab ipsis fundatoribus *Haziga* Comitissa & eius filiis *Ekkardo*, *Bernhardo* & *Ottone* Comitibus B. *Petro* oblatum est. Per præſentis igitur priuilegij paginam Apostolica auctoritate ſtatuimus, vt quicquid in præſentiarum ad idem Cænobium legitimis fundatorum donationibus pertinet, & quæcunq; in futurum cōceſſione Pontificum, liberalitate Principum, vel oblatione fidelium juſtè & canonicè poteris adipiſci, firma tibi tuiſque ſucceſſoribus & illibata permaneant. Decernimus ergò vt nulli omnino hominum liceat idem cænobium temerè perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, ſed omnia integrè conſeruentur eorum, pro quorum ſuſtentatione ac gubernatione conceſſa ſunt vſibus omnimodis profutura. Obeunte te nunc eius loci Abbatē, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtucia, ſeu violentia præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratrum pars conſilij ſanioris, ſecundum B. *Benedicti* regulam elegerint. Chriſma, oleum ſacrum, cōſecrationes altarium ſiue baſilicarū, ordinationes monachorum, qui ad ſaceros ordines promouendi fuerint, ab Episcopo, in cuius dioceſi eſtis, accipietis. Siquidē gratiam & communionem Apoſtolicæ Sedis habuerit, & ſi ea gratis ac ſine prauitate voluerit exhibere, alioquin liceat vobis catholicum, quem malueritis adire

adire Antistitem, & ab eo consecrationis sacramenta suscipere, qui Apostolicæ sedis fultus auctoritate, quæ postulatur indulgeat. Postea eiusdem Cœnobij Ad-uocatum constitutum *Otonem* egregiæ strenuitatis Comitem, eiusque post eum, qui maior natu erit filiū, si tamen in patris probitate permanferit. Sin autem vestri erit arbitrij quem placuerit eligere vestri Cœnobij idoneum prote-ctorem, qui sine lucri sæcularis exactione, id diuinæ seruitutis obsequium stre-nuè ac reuerenter exhibeat. Vos igitur in Christo filij charis. op. regularis disci-pline institutioni sollicitius ac deuotius insudare, vt quanto estis à sæculari-bus tumultibus liberi, tantò studiosius placere Deo totius mentis & corporis<sup>2</sup> viribus anheletis. Ad iudicium autem perceptæ à *Romana* Ecclesia libertatis, quot annis *Lateranensi* palatio Bizantium aureum persoluetis. Si quis sanè Ecclesiastica sæcularisue persona hanc nostræ institutionis paginam sciens contra eam temerè venire temptauerit, secundò tertioque commonita, si non satisfactione congrua emendauerit, potestatis honorisque sui dignitate cogno-scat, & à sacratissimo corpore ac sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta seruauitibus, sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatinus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen. Data *Benuenti* per manum equitij vi-cem Cancellarij vñdec. Kal. Decemb. indict. vñdec. Incarnationis Dominicæ an. M. C. III. Pontificatus autem Domini *Paschalis* secundi Papæ, anno quarto.

**P** Episcopus seruus seruorum Dei Venerabili filio *Erchiberto Vsinhouensi* Ab-bati, eiusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum Aust-terram inhabitantibus per Prophetam Dominus præcipit cum panibus occur-rere fugientibus. Ideo vos filij in Christo charissimi de sæculo fugientes gra-tanter excipimus, & per sancti Spiritus gratiam sedis Apostolicæ munimine confouemus. Vestræ siquidem congregationis sedem apud *Vsinhouen* locum, perpetuo manere decernimus. At quæcunque prædia, quæcunque bona *Perich-sold* & *Otto* Comites seu bonæ in Christo memoriæ *Huziga* cum duob. filiis *Bern-hardo* & *Ekkardo* Comitib. pro suarum animarum salute *B. Petro* cuius nomine locus vester insignis est, ac congregationi vestræ obtulisse noscuntur. Quæcun-que in futurum concessione Pontificum, liberalitate Principum, & oblatione, fidelium iustè & canonicè poteritis adipisci, firma vobis vestrisque successorib. & illibata permaneant. Decernimus ergo vt nulli omninò hominum liceat idè Cœnobium temerè perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas reti-nere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra confer-uentur, eorum pro quorum sustentatione & gubernatione concessa sunt vsi-bus omnimodis profutura. Chrisma, oleum sacrum, consecrationes altarium, siue basilicarum, ordinationes Monachorum, qui ad sacros ordines fuerint pro-mouendi ab Episcopo, in cuius Diocœsi estis, accipietis. Siquidem gratiam at-que communionem Apostolicæ sedis habuerit, ac si ea gratis ac sine prauitate, voluerit exhibere. Alioquin liceat vobis Catholicum quem malueritis a-dire Antistitem, & ab eo consecrationum sacramenta suscipere, qui aposto-licæ sedis fultus auctoritate quæ postulatur indulgeat. Obeunte te nunc eius-dem loci Abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres commu-ni consilio, vel fratrum pars consilij sanioris vel de suo vel de alieno si

oportuerit collegio secundū Dei timorem ac beati *Benedicti* regulam elegerint. Porro sepulturam loci vestri omnino liberam esse sancimus, vteorum qui illic sepeliri deliberauerint, deuotioni & extremæ voluntati, nisi fortè excommunicati sint, nullus obsistat. Sane Aduocatum vobis supradictum *Perichtololum* Comitem, vel post eum *Ottonem* concedimus, filium quoque *Ottonis* què potissimum elegeritis. Cæterum nec ipsis nec aliis Aduocatiæ loci liceat quasi hæreditariam vendicare, alioquin quem vtiliorem Monasterio Abbas, fratresque prouiderint, apostolicæ sedis auctoritate promoueant. Si quis fanè in crastinum Archiepiscopus vel Episcopus, Imperator aut Rex, Princeps aut Dux, Comes, Vicecomes, Iudex aut Ecclesiastica quælibet secularis persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temerè venire attemprauerit, secundò tertioque commonita, si non satisfactione congrua emendauerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à Sacratiss. corpore ac sanguine Dei ac Domini nostri Redemptoris Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta seruantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatinus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen. Data *Laterani* per manum *Ioannis* sanctæ *Romana* Ecclesiæ Diaconi Cardinalis, septimo Idus Nouembr. Indiçt. 13. Anno Dominicę Incarnationis M. C. IV. Pontificatus autem Dñi *Paschalis* secundi Papæ anno sexto.

**I**N nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Heinricus* diuina fauente clementia Quintus Rex Romanorum. Omnium sanctæ Dei Ecclesiæ fidelium præsentium ac futurorum cognoscat industria, quod in Regno nostro regulare quoddam Monasterium situm est, in prouincia scilicet quæ dicitur *Norica*, in Episcopatu *Frisingensi*, in pago *Vgeforve*, iuxta fluuium qui dicitur *Glana*, in Comitatu *Vfen* quod *Vsenhouen* antiquitus, modo autem mons sancti *Petri* nuncupatur. Istic compendiosa vt possumus relationi rei gestæ seriem perstringimus, & qualiter vel à quibus Monasterij huius structura primitus cœperit memoriæ posterorum quorumcunque tradimus. Magni nominis duo Comites, *Otto* videlicet vnus & alter *Pericht*. nomine præfati Monasterij locum communem inter se à parentibus vt pluribus patuit eatenus habuere, vt constructo eodem inibi Monasterio à Comite scilicet *Pericht*. partium termini vtrorumque infra murorum ambitum clauderentur, & altare quoddam in orientali theca positum itidem, & in honore *B. Petri* consecratum, parti *Ottonis* caderet. Aliud verò ex aduerso occidentalis plagæ constitutum altare in parte alterius Comitis locatum appareret. Sed vt paululum istic à directo narrationis tramite diuertamus sapè iam dicti Comitis parens p. m. *Hatiga* Comitissa cum reliquis duobus filiis suis Comitibus *Bernhardo* scilicet & *Ekkardo* supra reliquias *B. Martini* Præsulis & aliorum item sociorum, quas vndecunque collegerat bona vel prædia longè seu propè posita sub Chyrographo, & multis coram testibus donarat. Post aliquot autem decidentis temporis spacium supra memoratus iam sæpenumerò Comes *Otto* matre sua & fratribus feliciter ex mundi huius naufragio translatis, ante iam dictas *S. Martini* reliquias clausit cum prædiis mancipiisue ad eas pertinentibus in dedicatione templi sub sigillo altaris, quod locatum iam diximus in parte *Pericht*. com. & locum ad se illic pertinentem cum aliquibus agrorum & syluæ adiacentis ingeribus sine aliqua prorsus contradictione supra eiusdem sanctuarij reliquias in proprietatem sub testimonio tradidit. Exinde Comes *Pericht*. iam nil moratus præcipuam prædiorum partem suorum mæcipiorum,

venforum, pecuniarum, seu quarumcunque rerum ex toto super altare idem. S. Martini delegauit, contradidit Domino Deo S. Marie S. Petro Apostolo, sancto Benedicto in. proprietatem & prædicti Monasterij Abbati temporis Erchenboldi, eiusq; post hac successorib; in dispositionem liberam cellæ que necessariam, fratribusque Deo sub regula monastica inibi seruituris ad utilitatem. Et ne vnquam à posteris eorundem Dei seruitium deinceps illic destrui possit, prudenter prorsus decreuere & constituere ambo præfati Comites eandem cellam cū oibus suis pertinentiis tum collatis & de hinc conferendis ab ea die non subdugo alicui<sup>9</sup> terrenæ personæ, vel ditioni, nisi solius Abbatis dominationi. & sic totius libertatis iure eam adimplauere & in Christo stabiliter sublimauere. Dehinc iure omni & seruitio prædicti Monasterij ipsi sese penitus abdicauere. Sed hoc reuera totum felices negotiatores prudenter effecere: primū ob spē & præmium vitæ æternæ, ob remissionem peccatorum ipsorum & parentum siue posterorū quorumlibet suorū & omnium ad se pertinentium, ob memoriā quoq; Regum seu quorumuis in Ecclesia ordinum, & præcipuè statum cellæ defendentium, & quod prout posse suberit Christi pauperib; beneficium illic patefiat receptaculū. Ad hoc etiam vt fratres Cœnobij ipsius nūc inibi congregati & adhuc in Christo congregandi tutius ac liberius Domino Deo in sancta professione seruire possint huiusmodi eos per nos libertate donari imperauere, vt quando eunq; patre suo spiritali orbatū fuerint ipsi habeant liberam potestatem secundum regulā S. B. inter se vel vnde eunq; si opus fuerit Abbatē sibi non solū eligendi, sed etiā constituendi, quem dū fratres regulariter elegerint, de hinc vt solet ad constituendū eum in choro Monast. conueniāt, & vna clero populoq; aduocato secretarijsq; accipiat iugera regiminis de altari S. Martini, quæ tota fratrum congregatio sibi elegerat. Hic subinde Abbas canonicè ordinatus sine alicui<sup>9</sup> psonæ donatione & impedimēto susceptū ministeriū per posse & scire suum impleat, soli q; Deo iuxta ordinē suū liberè seruiat, liberamq; oīno rerum sibi commissarum int<sup>9</sup> & foris potestatem habeat, quasi fortè præter necessitatē Monasterij & comunem fratrum utilitatē sacrilegus, q. absit, licentiosè & sæculariter abuti psumpserit cōcessa libertate familia bonis rebus uè Monasterij & ob id fratrum admonitiones contēnens ad suā suorum uè priuatā cupiditatē & libitum temerè dissipauerit, vel si beneficia quibuslibet psonis nisi necessariis Monast. ipsi<sup>9</sup> seruitorib; prestiterit: aut si Regibus, Episcopis, seu quibuscunq; psonis cōsenserit, si fortè libertatē Monasterij pmutare, sibi q; locū sanctū subirecere atēptauerint, siue aliq; seruitij statutū inde sibi fieri exegerint, mox posteri supra dictorū paulò ante dominorū fratrum precib; accessit familie & oīum bonorū ritè accusatū, itē que cōiūctum dignitate sua abiici pficiant, aliumq; iuxta p̄dictā libertatē & S. B. regulā fratres sibi eligant, & absq; omni cōtradictione p̄ illo substituāt. Rogant etiā p̄dicti Com. p nos concedi p̄dictę Cellę Aduocatū vnum ex ipsis *Ottone* scil. Com. nunc & post eum seniorē duntaxat filium eius *Ottone*, si sicut ipse Comes pro remedio animæ solumquod suæ Monasterium, & ad hoc pertinētia, defendere satagerit. Ceterū nō ipsis nec aliis Aduocatiā loci liceat quasi hæreditariā vendicare. Hi deniq; Abbate petere accipiant bonū à Regib; legitimū, & tunc in año si necesse fuerit, aut in ipsā Cellam, aut vbi eunq;, vel quando Abbati placuerit, inuitati ab illo veniāt, & ibi placitū iustū p̄ causis & necessitatib; Monasterij ritè peragāt. Nullum aut aliud seruitium, ius aut beneficium sibi p hoc concedi recognoscant, nisi tertium bañum consuetudinariā iustitiā & legē quem ceteri Aduocati in aliis Monasteriis itē libris habent. Sup funes p̄ter viam & cæsuales, & cetera talia & in illis triū placitorum dieb. in vnoquoque vnum maltrū de frumēto, & ad hoc quodlibet iuxta iusgētium pertinētia, Præterea item rogant per nos decerni vt Aduocatus idem non Aduocatum

pro

pro se faciat, non prorsus aliqua qualibet ratione calumniam persuasionem, Monasterio, Abbati vel familiae faciat. Constituimus quin etiam eorundem petitione, ut si quispiam in posterorum suorum, vel cuiuslibet homo persona, vnam vineam, vnum mansum aut talium quaeque à supradicta Cella vi abstrulerit, ut nostri nostrorumque successorum regia potestate coactus, tria auri talenta ad *Gazophilazium* Regis persoluat, primitus reddito Ecclesiae quod detraherat. Si vero quilibet illorum quod absit curiam vnam aut villam inde per vim alienauerit, siue manifestus inuasor bonorum ipsius Cellae extiterit, vel si hoc testamentum traditionis quocunque ingenio permutare vel infringere nisus fuerit, decem auri talenta ad regiam item persoluat, & sic intentio eius irrita fiat. Ministris quoque eandem concedimus legem & seruitutem quam ceteri in Regno nostro Abbatiae liberè habent, ut tanto fidelius Praelatis suis per omnia seruiant. Super hæc omnia Comites sapediecti amplissimi cum priuilegium acquirere & constituere, ut vnus aureus quem Bizantium dicimus singulis annis Romam ad altare S. *Petri* ab Abbate praedicti Monasterij persoluator, & si vno vel duobus vel tribus saltim negligatur, quarto pleniter componatur, ea nimirum cautione, ut libertatis istius & traditionis statuta tanto perennius inconuulsa amodo permaneant, & ut praedictum Coenobium sub Romanae Ecclesiae mundiburdio & maiestate inconcussum semper stabiliatur, si forte quispiam Regum vel consanguineorum eorundem, seu cuiuslibet homo personae quod absit testamentum hoc vlla fraudulenta arte infirmare, vel infringere praesumpserit. Si autem quod absit à quolibet illorum instigante Diabolo fieri roganti idem Comites nostra indulgentia & omnino testificentur apostolicum Pontificem, per Christum & per sanctum *Petrum* Apostolum, & *S. Martinum* Episcopum, & per omnes sanctos Dei, & per tremendi examinis diem, ut illum Dei & sanctorum eius despectorem & testamentariae huius conscriptionis annullatorem nisi respuerit, tradet omnino satanae & anathematizatum, ac profanet à Consortibus & filiis Ecclesiae sanctae Dei & haeredibus vitae aeternae, ut & auferat Deus memoriam illius de terra uiuentium, & deleat nomen eius de libro vitae; & ut eum *Dathan* & *Abyron*, quos terra a perito ore deglucuit, & viuos inferus absorbit perennem incurrat damnationem, & nisi resipiscat, *Petrum* regni caelorum Archiclaugerum cum sancto *Martino*, & tota caelesti militia portae paradysi obstitorem in aeternum habeat. Amen. Data est tertio Non. Ian. anno Dominicae Incarnationis M. C. VII. Indictione decima quinta, anno autem ordinationis Dni *Heinrici* quinti Regis nono, Regni secundo, actum *Ratispona* feliciter amen.

**C** Episcopus seruus seruorum Dei dilecto filio *Brunoni* Abbati Monasterij S. *Mariae*, quod in *Frisingensi* Episcopatu, in loco qui dicitur *Schyren* situm est, eiusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum. Omnibus nos debitores esse apostolica doctrina insinuat. Verumtamen religiosi viri sollicitius subuenire, commissae nobis administrationis auctoritas exhortatur. Tu siquidem fili charissime, sicut veridicorum virorum attestacione didicimus, vna cum suis fratribus in Monasterio in loco qui *Vsenhouen* dicitur degens, pro nimia ipsius loci incommoditate aquarum uè inopia, nec tuae nec illorum poteras saluti proficere. Vnde habito venerabilium fratrum nostrorum Archiepiscoporum *Adalberti Moguntini* videlicet Apostolicae sedis Legati & *Chunradi Saltzburgensis* consilio, habitationem vestram in *Schyren* transierit & decreuistis. Qui nimirum locus ab *Ottone* Palat. Comit. consentiente egre-

gia foemina *Petriffa* Comitiffa & aliis V. Comitibus in cuiusdam *Schyroteca* inuestitione per manus nostras Deo & B. P. oblatas conuerfationi monasticae aptus, & fratrum videtur vsibus oportunus. Nos itaq; vestrae dilectionis & charitatis incuitu vestris humillimis supplicationibus accommodantes assensum, mutationem hanc seu translationem ad honorem Dei & religionis augmentum firmamus, vt causam prioris loci, qui Beati *Petri* Iuris est nullo modo amittatis. Eundem. in super nouae habitationis locum beati *Petri* munimine confouemus, & vos tanquam dilectos in Domino filios defensionis nostrae brachiis sustentamus, per praesentis igitur Decreti paginam Apostolica auctoritate statuimus, vt quaecunque praedia, quaecunque bona nobilis memoriae *Haziga* Comes filius suis *Ekkahardo*, *Bernhardo*, *Ottone* Comitibus, seu Illustris recordationis Comes *Perichtoldus*, Comes etiam *Chunradus*, & frater eius *Otto* & fratres *Otto*, *Bernhard*, & *Ekkardus* aliique fideles Christi pro suarum animarum salute, congregationi vestrae de suo iure obtulisse noscuntur. Quaecunque etiam in futurum concessione Pontificum, liberalitate Principum, vel oblatione fidelium iuste atque canonicè poteritis adipisci, firma vobis, vestrisque successoribus & illibata permaneant. Decernimus ergò, vt nulli omninò hominum liceat vestrum Cœnobium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integrè conseruentur, eorum pro quorum sustentatione & gubernatione concessa sunt vsibus omnimodis profutura. Chrisma, oleum sacrum, consecrationes altarium, siue Basilicarum, ordinationes Monachorum, qui ad sacros fuerint ordines promouendi, ab Episcopo in cuius Diocœsi estis accipiatis. Siquidem gratiam atque communionem Apostolicæ sedis habuerit, & si ea gratis ac sine prauitate exhibere voluerit: alioquin liceat vobis catholicum quem malueritis adire antistitem, & ab eo consecrationum sacramenta suscipere, qui apostolicæ sedis fultus auctoritate, quæ postulat indulgeat. Obeunte te nunc eius loci Abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, vel de suo vel de alieno si oportuerit collegiò, secundum Dei timorem & B. B. regulam elegerint. Porro sepulturam loci vestri omnino liberam esse sancimus, vt eorum qui illic sepeliri deliberauerint, deuotioni & extremæ voluntati, nisi fortè excommunicati sint, nullus obstitat. Sanè Aduocatum vobis secundum vestri arbitrium, aliorumque religionum, & sani consilii virorum, quem potissimum elegeritis, concedimus, qui timoris amorisque Dei, respectu vestrae utilitati benigne prouideant. Ipse tamen si molestus vobis extiterit, nostra auctoritate liceat vobis idoneum constituere. Porro non ipsi nec aliis facultas sit Aduocatum loci vestri sibi quasi hæreditariam vendicare vel vobis renitentibus possidere. Si quis igitur in futurum Archiepiscopus aut Episcopus, Imperator aut Rex, Princeps aut Dux, Comes, Vicecomes. Iudex aut Ecclesiastica quolibet secularisue persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptauerit, secundo tertioque commonita, si non satisfactione congrua emendauerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se diuino Iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & de sacratissimo corpore ac sanguine Dei & Dñi redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atq; in extremo examine districtæ ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta obseruantibus, sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatinus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen.

Data *Laterani* per manum *Hugonis* sanctæ *Romanæ* Ecclesiæ Subdiaconi, septimo Kal.

Kal. Aprilis, Indi&ione I. Incarnationis Dominicæ an. M. C. XXIII. Pontificatus  
autem Domini Kalisti secundi Papæ, anno quinto.

**I**N nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis *Heinricus* Dei gratia *Romanorum* Im-  
perator Augustus. Ecclesiarum consulere vtilitatibus constat acceptum esse  
coram Deo & hominibus. Vnde ad fidelium Christi tam futurorum quàm  
præsentium transfundimus noticiam, quod in regno nostro quidam magni no-  
minis Comites *Perichtold* & *Otto* cum coniuge sua *Haziga* & filiis suis *Ekkeharo* &  
*Bernharo* quoddam Monasterium in Episcopatu *Frisingensi* in pago *Ouskorve*  
iuxta fluuium *Glana* in Comitatu *Husen*, quod *Vsenhouen* dicitur pro remedio a-  
nimæ suæ fundauerunt. Transacto autem tempore dum idem locus inhabita-  
tioni & conuersationi Cœnobarum nimis difficilis & ineptus esset, necessita-  
ti & petitioni eorum condescendentes prædictorum virorum, nepotes videli-  
cet Comitissa *Beatrix* & filiis eius Comites *Cunradus* & *Otto* de *Dachauve*, nec  
non Palatinus Comes *Otto*, & patruales sui *Otto*, *Bernhard* & *Ekkehardus* prædictum  
Cœnobiũ *Schyren* transferri fecerunt, & per manum fideiussoris sui ad altare S.  
*Petri* apud *Romam* obtulerunt, multa beneficia & prædia largè & beniuolè ad-  
dentes, & pro remedio animæ suæ omni proprietario & hæreditario iure & ser-  
uitio eiusdem Cœnobij se abdicantes *Brunoni* Abbati & eius successoribus ad  
vtilitatem fratrum inibi Deo seruientium liberam dispensationem & admini-  
strationem delegauerunt, ea conditione vt omnia quæcunque ad ipsius Mo-  
nasterium *Vsenhouen* pertinuerunt, ad istud quoque Monasterium *Schyren* per-  
tineant. Et vt idem Cœnobiũ perpetualiter sub *Romano* mundiburdo & tu-  
tela permaneat, statuerunt vt singulis annis ab Abbate eiusdem Cœnobiaure-  
us nummus, quem Bizantium ad altare S. *Petri Romam* persoluatur. Qui num-  
mus si vno, vel duobus, vel tribus annis negligatur in quarto pleniter compo-  
natur. His votis piorum virorum Ecclesiæ Dei fundatorum cooperatores &  
participes esse cupientes ex petitione eorum donamus omnimodam liberta-  
tem prædicto Cœnobio ab omni sæculari dominio. Mortuo Abbate fratres  
Cœnobij liberam potestatem habeant inter se vel vnumquemque si opus fue-  
rit eligendi & constituendi sibi Abbatem, Abbas electus & regulariter consti-  
tutus clero populoque Aduocato & secretario præsentib. accipiat iugera regi-  
minis de altari S. *Mariae*. Deinde canonicè Abbas ordinatus iuxta ordinem su-  
um liberè Deo seruiat, liberamque omninò rerum sibi commissarum intus &  
foris potestatem habeat. Qui si forte dissipator Ecclesiæ sibi commissæ factus  
fuerit, vel oppressor, vel si quibuslibet personis consentiens libertatem Mona-  
sterij inuertere studuerit, si Conuentus accusatus, iustèque conuictus incorri-  
gibiliter permanferit, deiciatur, alterque absque omni contradictione substi-  
tuatur. Aduocatiæ eiusdem Cœnobij nemo nisi Dominus *Otto* Palatinus Co-  
mes & filij eius successoresque filiorum eorundem absque omni contradic-  
tione habeant, tunc in anno placitum ibi habeat. Si fortè pro necessitate fratrum  
ab Abbate inuitatus fuerit, & ibi placitum iustum pro causis & necessitatibus  
Monasterij ritè peragat, nec aliud seruitium, jus aut beneficium sibi post hoc  
concedi postulet aut exigat, nisi tertium bannum & consuetudinariam iusti-  
tiam & legem quam cæteri aduocati in aliis Monasteriis, item libris habent. Su-  
per fures & proteruos & censuales & cætera talia, detur ei tantum in illis trium  
placitorum diebus, in vno quoque maldrum frumenti & cætera ad hoc perti-  
nencia. Nullum prorsus pro se subaduocatum ponat, nec vllam quauis occasio-  
ne calumniam persuasionem Monasterio, Abbati vel familiæ faciat. Præterea  
decernimus si quisquam vel hæres fundatorum vel alter cuiuslibet personæ  
homo



homo vineam vel mansum vllum de prædicta Cella vi abstulerit, reddito prius Cellæ quod abstulit ad fiscum Regis tria talenta auri persoluat. Si quis curtim aut villam perinde alienauerit, siue manifestus inuasor bonorum Cellæ fuerit, vel si testamentum traditionis peruertere vel infringere nisus fuerit, decem talenta auri ad Cameram Regis persoluat, & quod abstulit primitus restituat. Ministris quoque eandem legem concedimus, & seruitutem quam cæteræ in Regno nostro Abbatia liberè habent. Hæc prædicta si quis inuertat, irâ Dei omnipotentis sentiat nisi resipiscat. Insuper nos ea sigilli nostri impressione stabilimus, & corroboramus. Acta sunt hæc anno Incarnationis Dominicæ M.C.XXIV. Indictione decima tertia in Curia *Babenberck*, septimo Kal. Maij feliciter amen. temporibus *Heinrici* quarti Imperatoris.

**I**N nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Hermannus* Dei gratia sacrosanctæ *Augustensis* Ecclesiæ Eps. Nouerint omnes fideles Christi præsentis & futuri, qualiter nos Ecclesiastico profectui operam dantes propter debitas & necessarias pauperû Christi consolationes dedimus tertiam partem decimationis de tota parochia quæ dicitur *Perga* in communem vsum quibusdam Christi pauperibus, videlicet his qui in *Schyrensi* Cœnobio sub regula S. *Benedicti* Deo militant Monachis, & eorundem ibidem in eadem professione successoribus. Hanc verò prædictam consolationem tradidimus in manum dilecti fratris nostri *Vdalrici* Abbatis eiusdem Cœnobij, mediante dilecto filio nostro *Hildiberto* illius regionis Archidiacon. Ipse quoque præfatus Abbas & fratres tui omnes vnanimiter, per manum Pal. Com. *Otonis* contradiderunt in manum nostram hubam vnam in *Sulzimos* sitam delegatam ad altare S. *Dei genitricis* virg. *Maria* in *Augusta* ciuitate, volentes per hoc nostræ & omnium successorum nostrorum memoriæ firmiter imprimere, & indelebiter inscribere, qua si quoddam prælibatæ traditionis testimonium coram oculis bonorum oïum, Vnde nos quoque inmobilem, & inconuulsam esse volentes prænotatam consolationem, quam eorum necessitati impendimus hanc Epistolam, conscribi & consignari iussimus, hoc simul decernentes & statuentes, vt Archidiacon. noster, quotiens prænominatam parochiam synodaliter visitare curauerit, inueniat ibidem seruicium suum vno anno à prædicti Cœnobij Abbate, alio anno ab ipsius Ecclesiæ Sacerdote in prætermissa præparatum. Huius rei Testes sunt ex Ecclesiæ nostræ fratrib. *Chunr.* Preposit. *Wernher* Decan. *Sigeboto*, *Vro*, *Wernher*, *Heinrich* Archidiacon. *Herman* Custos Ecclesiæ *Sizo*, *Wigolt* presb. Ex Ecclesiæ militib. *Friderich* de *Schiringen*. Ex ministerialib. *Witigouwe* Urbis Præfectus, *Diepolt*, *Herman*, *Vrich*, *Marquart* Camerarius, *Adalpreth*, *Sigevolck*. Acta sunt hæc anno Dominicæ incarnationis M. C. XXIX. Indictione septima, septimo Kal. Aug. Præsidente Papa *Honorio*, Regnante Romanorum Rege *Lothario* secundo.

**I**N nomine S. & indiuiduæ Trinitatis *Otto* Dei gratia *Frising.* Eps. Quia dispensatorum tenemus locum, quorum est officium res commissas prudenter & fideliter dispensare vel commutare, perspecta communi vtilitate placita cum *Vdalrico Schyrensum* Abbate suisque fratrib. concambiū facere, quod & fecimus. Itaque eisdem fratrib. decimas apud *Schyren* & per *Cuullingin* tam frumenti quam aliarum rerum quæ decimari solent eodem iure, quo prædecessorum nostrorum beneficio possederunt, nos quoque concedimus, & in perpetuum confirmamus. Retradidit nobis præfatus Abbas vnanimi consensu Monachorum suorum per manum Aduocati sui *Otonis* Pal. Com. duos Curiferos apud *Viehusen*. aliisque reb. Monasterij sicut placuit meliorib. hanc recompensauit dispensationem, Stabilimus

igitur auctoritate nostra, & in perpetuum inuiolabilem permanere sancimus hoc concambij: Neue possit obliterari vetustate vel à successoribus nostris incautè violari, literis notari, & sigilli nostri impressione signari fecim⁹. Acta sunt hæc anno ab incarnatione Domini M. C. XLII. Indi. quinta. Anno autem Domini *Otonis Frisingen*: Ecclesiæ venerabilis Episcopi quarto, presentibus & in testimonium ductis his *Chuno de Megelingen* & filius eius *Chuno, Otto de Iringsb.* *Eberhard de Herrenb.* *Robert* & frater eius *Pabo de Frichend.* *Isinrich de Lobkirchen,* *Waltman de Pasberch* & frater eius *Rudolf, Adhart de Prisingen, Wüilo de VVartenberch, Heinrich Choph.*

**O** T T O Dei gratia *Frisingen*. Ecclesiæ Episcopus. Dilecto & Venerabili fratri *Vrico Schyrensum* Abbati, eiusque fratribus regularem & Monachicam vitam in eodem Cœnobio professis in perpetuum. Quia diuina dispositio nos in hoc mari magno fluctuantes, virorū religiosorum & pauperum Christi concessit orationib. subleuari, eorū quieti & vtilitati providere quantum possumus & volumus & debemus. Quocirca iuxta petitionem tuam frater charissime interuentu Aduocati tui viri Illustris *Otonis* Pal. Com. Monast. tuum à strepitu populari sequestramus, & plebem inde in vicinam S. *Martini* Ecclesiam eiusdem Monast. fundo super ædificatam transferimus & transmutamus, Statuimus itaque vt plebantis Sacerdos in hac ipsa Ecclesia populo missas celebret & sepulturas faciat de plebe, salua tamen in omnib. Monast. tui reuerentia, videlicet in baptismate consecrando, & palmis benedicendis & in visitandis cum cruce reliquiis sanctorum in dieb. rogationum, hanc potissimum honori matris Ecclesiæ successoribus tuis in memoriam relinquimus & iustitiam. Nam ministeriales *Schyrensum* vel quoslibet illorum diuina compunctione attentos, sic ut aliqua consuetudo habet, apud vos & à vobis sepeliri concedim⁹. Hoc autem pro amore Dei & pro dilectione tua vt fratres inibi Deo famulantes perpeti quiete fruantur, tibi tuisque successorib. sancimus & in perpetuum per presentia scripta corroboramus. Verum ne huius præcepti nostri pagina in perpetuum ab aliquo violetur, sigilli nostri eam impressione insigniri, manuque propria, infra appareat confirmantes. Testes qui aderant subnotari fecimus: quorum hæc nomina sunt. *Chuno* Decanus, *Engilschalchus* Scholasticus, *Herrandus* Archidiaconus, *Vricus* Præpos. S. *Candidi* & Archidiaconi. *Burckhardus* Præpos. S. *Viti*, *Vricus* Præpos. S. *Gastuli*. Magister *Guicmannus* Præpos. sancti *Andrea* & Archidiaconus *Sigemarus* Abbas. *Herrmannus* Præpositus. Acta sunt hæc anno ab incarnatione Domini M. C. XLIV. Indi. 6. anno autem Dñi *Otonis Frising.* Ecclesiæ venerabilis Episcopi septimo. Data *Moseburch* per manum *Reguini* Cartularij, quinto Idus Decembris.

**E** Vgenius Episcopus seruus seruorum Dei dilectis filiis *Vrico* Abbati Monast. S. *Maria Schyren*, quod in Episcopatu *Frisingensi* situm est, eiusque fratribus tam presentib. quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. Religiosis desideriis dignum est facilem præbere consensum, vt fidelis deuotio celerem sortiatur effectum. Huius rei gratia dilecti in Domino filij Prædecessorum nostrorum felicitis memoriæ *Paschalis* & *Calisti Romanorum* Pontificum vestigiis inhaerentes, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, & Beatæ Dei genitricis semperque virginis *Mariæ* Ecclesiam in qua diuino mancipati estis obsequio, sub Beati *Petri* & nostræ protectione suscipimus, & presentis scripti patrocinio communimus, statuentes, vt quascunque possessiones, quascunque bona in presentiarum iuste atque canonicè possidetis, aut in futurum

concessione Pontificum, largitione Regum, liberalitate Principum, oblatione fidelium siue aliis iustis modis poteritis adipisci, firma vobis, vestrisque Successoribus & illibata permaneant. Locum *Vispachau* & *Vsinbouen*, in quibus prius habitastis sicut per præfatos prædecessores nostros confirmata sunt. Quæcunque etiam in parochiis & in decimis ab Episcopis vobis concessa sunt. Et quicquid *Otto* Palatinus Comes eiusdem loci fundator consentiente nobili foemina *Petrissa* Comitissa, & aliis quinque Comitibus & quicquid *Haziga* cum filiis suis *Ekkhardo*, *Bernhardo* & *Ottone* Comitibus, seu etiam Illustris recordationis Comes *Perichtoldus*, Comes etiam *Chunradus* & frater eius *Otto*, *Bernhard*, & *Ekkenhardus* aliique fideles Christi pro suarum animarum salute congregationi vestræ de suo iure obtulisse noscuntur, per præsentis scripti paginam vobis in perpetuum confirmamus. Christina, oleum, sacrum, consecrationes altarium siue Basilicarum, ordinationes Monachorum, qui ad sacros ordines fuerint promouendi, à Diocesano accipiatis Episcopo, siquidem Catholicus fuerit & gratiam atque communionem apostolicæ sedis habuerit, & ea gratis ac sine prauitate exhibere voluerit, Alioquin liceat vobis catholicum quem malueritis adire antistitem, & ab eo consecrationum sacramenta suscipere, qui Apostolicæ sedis fultus auctoritate, quæ postulat, indulgeat. Obeunte verò te nunc eiusdem loci Abbate vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars Consilij sanioris vel de suo vel de alieo si oportuerit collegio, secundum Dei timorem, & Beati *Benedicti* Regulam elegerint. Porro sepulturam, loci vestri omnino liberam esse sancimus, vt eorum qui se illic sepeliri deliberauerint, deuotioni & extremæ voluntati nisi fortè excommunicati sint, nullus obsistat, Sanè Aduocatum vobis secundum vestrum arbitrium, aliorumque religiosorum, & sani Consilij virorum, quem potissimum elegeritis, concedimus, qui timoris, amorisque Dei respectum, vestræ voluntati benignè prouideat. Ipse tamen, si molestus vobis extiterit, nostra auctoritate liceat vobis alium idoneum constituere. Porro nec ipsi nec aliis facultas sit Aduocatiæ loci vestri sibi quasi hæreditariam vendicare vel vobis renitentibus possidere. Ad iudicium autem huius à sede Apostolica præceptæ protectionis Bizantium, aureum nobis, nostrisue successoribus annis singulis persoluetis: Decernimus ergò vt nulli omninò hominum liceat præfatam Ecclesiam temere perturbare, eue eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integrè conseruentur eorum, pro quorum sustentatione & gubernatione concessa sunt vsibus omnimodis profutura, salua Apostolicæ sedis auctoritate. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica sæcularisue persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temerè venire temptauerit, secundò tertioque commonita fuerit, si non satisfactioe congrua emendauerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore ac sanguine Dei & Domini redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem Ecclesiæ sua iura seruantibus, sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatinus & hic bonæ actionis fructum percipiant, & apud districtum Iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen. Data *Viterbi* per manum *Roberti* sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyteri, Cardinalis & Cancellarij secundò Kal. Maij, Indi. octaua, incarnationis Dominicæ anno M. C. XLV. Pontificatus verò Domini *Eugenij* tertij Papæ Anno I.

*Metrop. Salub. Tom. III.*

dd 2

*Vdal.*

**V** *Dalschalchus* Dei misericordia *August.* Ecclesie minister humilis, presentibus & futuris omnibus Christi fidelibus perpetuam in Dño salutem. Cum sit Iuris omnium Ecclesiasticorum necessitatibus, compati omnium, & maxime pauperum Christi nos zelo Dei & cura pauperum Christi Deo seruientium in Cœnobio *Schyren* ad petitionem Abbatis *Baldemari* eiusdem loci ad stipendium & solacium Ecclesiam in *Etelshusen* autoritate qua fungimur condonauimus eos utique fructus qui ad Sacerdotem eiusdem ville plebanum videntur attinere, ita tamen ut ipse Vicarium vtilem populo cum Archidiacono eiusdem Provinciae intendat ordinare, ad quem idem Vicarius respectum debet habere. Et licet prædictum Cœnobium nostræ diocesi in obedientia non teneatur, ob instantem tamen petitionem rationi nõ dissonam, & ob meritum deuotæ circa nos & Ecclesiam nostram seruitutis, maxime denique necessitatis Monasterij cura & salutis nostræ recordatione apud locum illum memoriam nostri fieri destinauimus, & factum pagina presentis & sigillo autoritatis nostræ confirmauimus. Acta sunt autem hæc anno Dominicæ Incarnationis M. C. XCV. Si quis autem hanc nostræ traditionis paginam infringere studuerit, odium Dei omnipotentis se incusurum agnoscat: cum id quod nos in bonum cogitamus fieri, ipse sibi exitium studet mereri. Sunt autem hi Testes: *Reinbot, Vrich, Lunfrith, Vrich, Dietrich, Heinrich, Eberhard* & alij quam plures qui audierunt & viderunt, & feliciter testantur. Hanc igitur paginam traditionis coram futuris in perpetuum confirmamus.

**R** *Apoto* Dei gratia Præpos. de *Iltenminster*, *Perichtold* Decan. de *Petendorf*, Iudices à sede Apostolica de legatis, oibus Christi fidelibus, hanc paginam inspicientibus & inspecturis in vero salutari salutem. Vniuersitati vestræ sub assertione veritatis significamus, quod cum ius patronatus Ecclesie in *Pergen Augustensis* diocesis iure antiquæ donationis à Comite *Perichtold* de *Purgekk* tactæ, & Imperatoris *Heinrici* quinti priuilegio confirmatæ ad *Schyrense* Cœnobium veracissimè pertineret, eo tamen tempore quo Dñs *Hartvicius* de *Lierhaim* Episcopali Cathedralis *Augustæ*, & Dñs *Paldemarius* Abbas memorato Cœnobio præfedit, cum Ecclesiam prædictam vacare cõtingeret Dñs *Vricus* de *Risnperch*, eo, quod in eadem villa Aduocatiã à Dño *Ottone*, tunc Palat. de *Witelinsp*, in feodo possideret, ius etiam patronatus in eadem Ecclesia nitebatur sibi in quantum potuit vsurpare. Tandem illi illa in præsentia Dñi *Hartvici* memorati *Augustensis* Epi & Capituli talitèr est sopita, quod Dominus *Vricus* memoratus ad petitionem ipsius Episcopi pro remedio animæ suæ liti cessit, iuri & quod haberi videbatur, Aduocatiã tamen ab aduersa parte sibi recognita, cum eo iure quod Dñs feodi in bonis eiusdem Cœnobij consuevit habere. Cumq; taliter prædictum Cœnobium eiusdem Iuris patronatus diutina possessione gauderet, & eandem Ecclesiam *Sigefrido August.* Epõ præsentente iterum vacare cõtingeret, Dñs *Chunr.* tunc *Schyrensis* Abbas, cum ipse quendam clericum *Ludovicum* de *Perge*, ad eandem Ecclesiam, præsentasset, Domino *Brunone* de *Eberst* al fratre prædicti *Vrici* litem, denuò subintrante & Magistrum *Vricum* de Sancto *Mauritio* ad eandem Ecclesiam præsentante, sedem Apostolicam appellauit, & eandem, prosequutus, litteras comissionis ad nos super hoc impetrauit. Verum partibus in nostra præsentia secundum legitimam citationem constitutis, & veritate negotij aliquantulum discussa, nos, sicut nostri sunt officij, ab initio ipsas ad pacem & concordiam diligenter fuim⁹ exhortati. Quod ille benigno aures animo utriusq; in arbitros, fide interposita, cõpromiserunt, ut quicquid illi nobis mediãtib. super hoc committere ordinaretur, ratum, à partibus haberetur. Si verò arbitri nõ cõuenirent, ad nostrum rediretur examẽ. Tandem per Dei gratiam & nostram diligentiam in hac cõpoficio-

sitionis formam arbitri conuenerunt, quod Dominus B. cum *Heinrico* filio suo presente ius patronatus Ecclesiæ memoratæ Abbati & Cœnobio prædicto, sicut frater suus Dñs V. de *Risingberg* piæ memoriæ quondam fecerat, pro remedio tam animæ suæ quàm fratris sui recognosceret, Aduocata tamen eiusdem Ecclesiæ ab aduersa parte sibi recognita, & ab ipso sine quæstione retenta, cum eo iure quod D. *Ludouicus Dux Bauaria*, qui tunc Dñs eiusdem feodi existerat, in prædijs *Schyrensis* Cœnobij consueuit habere. Insuper arbitratum fuit, quod Mr. *Vricus* de S. *Mauritio*, quem idem P. ad eandem Ecclesiam vacantem præsentauerat, sed ipse donum altaris propter appellationem interpositam non pceperat, liti gederet liberaliter, & de laborib. & expensis suis Abbatis gratiam expectaret. Quæ oïa fideliter à partib. secundum quod in arbitrio dictum fuerat, sunt impleta. Deinde Abbas memoratus de Conuentus sui consilio & cõnientia in recompensationem laboris & expensarum quas idem Magister V. tam in curia romana quàm alibi causam prosequendo fecerat, & maximè vt suo Cœnobio eum perpetualiter obligaret, ipsi duas Curias in *Imenchenbouen* cum pleno iure possessionis & vsusfructus ad sui solius personam concessit, ita vt in signum proprietatis apud claustrum permanentis vnus denarius *August.* vel *Ratisp.* monetæ soluatur. Inde in festo *Purificat. B. Virginis* annuatim. Vt autem hæc omnia inconuulsa permaneant, nec per temporis diuturnitatem humanam excedat memoriam, nos formam compositionis conscribi fecimus, & sigillorum Dñi Ducis, qui Aduocatus & Fundator est sæpediti Cœnobij, & nostrorum sigillorum, qui mediatores & auctores compositionis fuimus munimine laborari. Huius rei testes sunt hi, *Chunradus Ratisbonensis* Canonicus, *Heinricus*, *Grifo Sancti Mauritiij* Canonici, *Dietricus* Canonicus in *Iltenminster*, *Diepoldus* Plebanus de *Hohenrovar*, *Algotus* presb. *Eberhardus* presb. *Cunradus* Diac. *Eberhard* de *Witelspach*, *Diepolt* de *Affingen*, *Heinricus* & *Arnoldus* Camerarij, *Fridericus* de *Burtenbach*, *Heinricus* de *Waltpach*, *Gebehart* de *Gehage*, *Gebehart* de *Ahusen*, *Sigefridus Focke*, & *Chunradus* frater eius, *Perchtold Pincerna*, *Arnoldus Scilvaz*. Acta sunt hæc anno Dominicæ Incarnationis M. CC. IX. Indiēt. duodecima apud *Aichach* pagum *Bauariæ*, oēt. Id. April. regnante Illustri Rege *Ottone*, *Sigefrido Augustensi* Episcopo præfidente.

**C***Hunradus* Dei gratia *Mogunt.* Archiepiscopus, *Sabin.* Episcopus Vniuersis ad quos præsens pagina peruenerit, perpetuam in Domino Salutem. Vniuersitati vestræ notum facimus, quod dilectus nobis filius videlicet *Baldemarus* Abbas de *Scheyren*, in nostra & venerabilis fratris nostri Dñi *Valschalci Aug.* Episcopi, necnon Iudicum nostrorum in *Mogunt.* scilicet *Cunradi* Maioris Præpositi, *Heinrici* Dec. *Rucheri* Custodis, *Gotefridi* Cantoris & Abbatis de S. *Albano* & aliorum Iurisperitorum præsentia. Ius patronatus Ecclesiarum in *Holzkirchen* & *Etelhusen*, obtinuit per sententiam quam nos approbantes per paginam præsentem sigillo nostro insignitam censuimus ratione Iustitiæ roborandam.

**S***igefridus* diuina miseratione *Augustensis* Ecclesiæ minister humilis omnibus Christi fidebus hanc paginam inspicientibus & inspecturis in vero Salutari Salutem. Dignum est & rationi consentaneum, vt ea, quæ à prædecessoribus nostris in fauorem religionis concessa sunt à nobis rata debeant conseruari. Hinc est quod nos ad petitionem Domini *Chunradi Schyrensis* Abbatis, & maximè propter indigentiam & necessitatem eiusdem Cœnobij nobis cognitam, ad ex-

emplum Dñi *Valscalii* & Domini *Hartovici* prædecessorum nostrorum felicis recordationis omnem vsu fructum Ecclesiarum in *Ecelshusen*, & *Holzkirchen* ad communem vsu & præbendam fratrum ibi Deo seruiantum concessimus, ita tamē vt honestus Vicarius, cui animarum cura committatur de consilio Archidiacon: eiusdem loci inibi ordinetur. Vt autem idem Conuentus nostri perpetuam in Dño habeat memoriā, hanc concessionem facimus, & vt tamē sub nobis quam sub nostris successoribus inconuulsa permaneat, eam nostri sigilli munimine duximus roborandam. Testes hi sunt *Sigefridus* Præpos, Maioris Ecclesiæ, de *Heinricus Mantichingen*, *Albertus de Rauensan*, *Hermannus de Wartorfstetten*, *Heinricus Vebinh*, *Rapoto* Præpositus de *Allenminster*, *Vlricus* Canonicus de Sancto *Mauritio*, *Heinricus* presbyter.

**C**omes *Ekkehardus* de *Schyren* dedit nobis curiam vnam in *Slibesheim* & 2. mansus. Testes *Otto* Dux *Bauaria*, *Fridericus* & *Otto* fratres ambo Palatini, *Badvinnus* & filius eius, *Baldvinnus* & *Maagrvardus* de *Schyren*, *Heinricus* & *Marcholt* de *Puigarn*, *Gotfrid* de *Schyren*, & alij quam plurimi.

**C***Hunrilo* Duce de *Dachauve* apud *Schyren* sepulto, *Vdilbilit* eius vidua cum consensu ministerialium suorum tradidit nobis *Hantshouen* cum sylua *Lenzenloch*, & quicquid ipse Dux habuit in *Tievvigin*. Ipsa die *Fridericus* quondam Palatinus obtulit S. *Mariae* prædium vocabulo *Sulzibach*, vt die ac noctæ lumen iugiter ardeat ante altare S. *Mariae*.

**O***tto* Dux *Bauariae* huius loci Aduocatus viam vniuersæ carnis ingressurus, dedit nobis quicquid habuit in *Tiemenhufen* tam homines quam res. Hoc *Ludovicus* eius filius & *Agnes* eius vidua in die sepulturæ eius delegauerunt super altare S. *Mariae*.

**I**psa die *Cunradus* Comes de *Valeie* vt supra dictum est, absoluta omni conditione obtulit prædium quod habuit in *Hobenkirchen*. Testes *Fridericus* Dux *Sueuia*, & frater eius tunc puerulus ambo filij *Friderici* Imperat. *Fridericus* quondam P. C. *Arnoldus* Comes de *Dachauve*, *Chunradus* Comes de *Valeie*, *Heinricus* Comes de *Dornberch*, *Chunradus* Comes de *Meseburch*, *Heinrich* de *Staupf*, *Wernher* de *Laber* *Hobolt* de *Woltmusa*, *Altman* & frater eius *Eberhart* de *Abersperch*, *Eberhard* de *Meisa*, *Wernher* de *Starcholtshouen*, *Luttoldus* de *Hagenauve*, *Luitoldus* de *Arve*, *Otto* *Choph* & *Sifrit* frater eius. Quid multis mōrer, a minimo vsque ad maximum Ministerialium, plures enim conuenerant, extranei quoque testes sunt.

**R**ecurrente anni uersario eiusdem Ducis *Agnes* eius vidua dedit nobis mansum vnum in *Haga* vt die noctuque in Basilica S. *Ioannis* Euangelistæ lumen lucernæ non desit. Ipsa eadem Ducissa pia deuotione plenissima in die dedicationis Basilicæ S. *Ioannis* Euangelistæ obtulit super ipsum altare cum filio suo *Ludovico* prædium vnum apud *Pachaupt*, ob remedium animæ Ducis defuncti. Testes *Fridericus* Palat. *Arnoldus* Comes de *Dachauve*, *Trieticus* & frater eius, *Bernhard* de *Mosen*, *Luitoldus* de *Arve*, *Perchtold* de *Eschilbach*, *Vlrich* *Rudiger*, *Heinricus* *Friderich* fratres de *Sabrobenhufen*, *Arnoldus* de *Tshusen*, *Walther* de *Voherberch*.

**L***udovicus* Dux *Bauariae* in die sepulturæ matris suæ *Agnetis* Ducissæ dedit nobis prædium vnum dictum *Stetpach* *Frid*. Testes Dux ipse *Ludovicus*, Palat. *Vlricus* *Marchsch*, *Perchtold* de *Eschilbach*, *Heinricus* de *Stanse*, *Gerungus* & filius eius *Gerungus* de *Perge*, *Ilias* de *Entichouen*, *Palduinus* *Marchvart* de *Schyren*, quod soluit annuatim nouem sol.

Comes

**C**omes *Perchtold* de *Scauenberch*, quæ est sita apud *Rhenum* in *Germania* cognatus illius *Perchtold* de *Purgekke* fundatoris *Cœnobij Vsenh.* acceptis triginta talentis ab Abbate *Paldemaro* consentiente omni congregatione tradidit super altare sanctæ *Mariæ* prædium cum hominibus quod habebat in alpibus in *Affeiterpach*, quæ villa sita est in *Luichent al.* Testes ipse *Perchtold* Comes, *Irmst* ministerialis eius, *Cunradus* liber quidam de *Michiluelt* apud *Rhenum*, *Gerungus* de *Perge*, *Herman* de *Lantfrith*, *Gotfrid* de *Stainich*, *Otto* de *Volckbratesdorf*, *Vlrich* de *Perprunne*, *Perchtold* negociator, *Vlrich* pellifex, *Gerungus* Pell. *Cunradus*, *Priizer*, *Rapoto*. *Prine Chunradus Iunckfrau*, omnes isti de familia s. *Mariæ*.

**C**omes *Pernhard* filius Domine *Haziga* fundatricis dedit nobis prædia in partibus istis sita, *Heithusen* Curtiferum vnum, *Mosaha* beneficia quatuor, *Veltmochingen* Curtiferos duos, *Husen* Curtiferum vnum, *Mittelftetzen* duos, *Otingen*, *Harta*, *Prule* Curtiferum vnum, Censurorundem prædiorum subter notatur, *Mittelftetze* soluit. 14 modios siliginis vnum tritici duos modios hordei octo Auenæ vnum, mod. fab. & bis. quinq; met. olei vnum mod. rap. viginti cas. centum oua, sex pullos, duos anseres, porcum fagin. *Fronchuse LXII.* halbfirsch. vel. 16. den. De alia Curia vnum m. t. x m. silig. vnum Hordei sex, auenæ viginti cas. centum oua sex pullos duos anseres vnum mod. rap. vnum Sephel bis. porcum fagin. vnum halbfirsch. vel decem den. Curia *Husen* solut. 2. m. tritici, 15. mod. siliginis, 2. hordei, 10. Auenæ. 1. m. fab. & bis. viginti cas. centum oua. 6. pullos duos ans. 1. m. rap. porcum fagin. 2. halbfirsch. vel 24. den. 5. met. olei. Curia *Otingen*. 2. m. tritici. 14. m. siliginis 2. hordei 10. m. auenæ. 1. m. molendinum in *Husen* duodecim m. omnis generis porcum vnum 10. pullos 100. oua. Ibidem *huba* soluit 7. solid. fab. & bis. viginti cas. 100. oua. 6. pullos, 2. anseres 1. m. rap. 5. met. olei, porcum fagin. 1. halbfirsch. vel 16. denarios, duæ Curie in *harda* soluerunt dim. frumentum, & inferior Curia dat. 20. caseos & 20. denar. 100. oua & 6. pullos, superior 10. caseos, 100. oua sex pullos. Ibidem *huba* vna Comes *Otto* & filius Domina *H.* hæc nobis contulit prædia *Hohenkirchen* & ad h. pertinentia. *Vberse* curtif. vnum & duos mansos.

**O**TTOPalatinus Comes de *Wittelsbach* sepultus apud *Vndinstorff* contulit nobis prædium vnum apud *Hadpretsbusen*. Huius filius *Otto* Palatinus Comes qui *Philippum* Regem *Babenberg* occidit, dedit nobis duas curias in *Schyren*. Harum donationum omnium testes subternotantur *Eberhard* de *Witelesbach*, *Arnold* de *Sandzelle*, *Sigefridus Foke*, *Arnold* & filius eius *Perchtold* de *Cammer*, *Perchtold* de *Snaipach*, *Gerungus* fratres. *Vlrich* de *Perge*, *Perchtold* *Stumpf*, *Perchtold* de *Mulhusen*, *Vlrich* de *Chammer*, *Marquardus* de *Schyren* fratres. *Paldvvinus* de *Schyren*, *Wimer* de *Izendorf*, *Sifridus* & *Gotfridus* fratres: de *Stanninch*. *Rudiger* *Fridericus* fratres: de *Stangruff*, *Vlrich* de *Perge*, *Vlrich* *Ioter*, *Heinrich* de *Ainlingen*, *Perchtold* *Wile* & *Perchtold* *Gigao* de *Geboltspach* *Winhart* & *Heinrich* de *Rorbach*, *Wernhart* de *St archoltsh.* *Wernher* de *husen* *Conrad* & filij eius duo de *Geberne*.

**A**gnes Ducissa *Bauaria* vna cum filio suo *Luduvico* Duce *Bauaria* assignauit mansum vnum qui vulgò dicitur *huba* cuidam *Richardo* & *Heinr.* filio suo in villa *Brisingen* pro debito octo librarum. Eadem *Richard.* collectas habebat octo marcas *Colon.* monetæ, quas dedit Duci *Luduvico* & Ducissæ pro obligatione prædicti mansi sici in villa *Brisingen* tali conditione vt post mortem suam & filij sui h. omne jus q. in præfaro haberent: ad claustrum *Schyren* transferretur in remedium animæ: Domini *Magunt.* Episcopi *Chunradi*, cuius gratia easdem habebat collectas marcas suæq; animæ & filij sui. Huic ordinationi interfuerunt Comites de *Pleie*, *Luitoldus* de *Arve*, *Vlrich* de *Scrobenhusen*, *Perchtold* de *Eschib*, *Wimarus* *Dapifer*, *Arnoldus* *Pincerna* *Luip.* de *Asinsk.* *Hermannus* de *Innech*, & alij quamplures.

dd 4

Viam

*L. den. soluit. 2. m. tritici. 15. mod. siliginis. 2. hordei. 10. Auenæ. 1. m. fab. & bis. viginti cas. centum oua. 6. pullos duos ans. 1. m. rap. porcum fagin. 2. halbfirsch. vel 24. den. 5. met. olei. Curia Otingen. 2. m. tritici. 14. m. siliginis 2. hordei 10. m. auenæ. 1. m. molendinum in Husen duodecim m. omnis generis porcum vnum 10. pullos 100. oua. Ibidem huba soluit 7. solid. fab. & bis. viginti cas. 100. oua. 6. pullos, 2. anseres 1. m. rap. 5. met. olei, porcum fagin. 1. halbfirsch. vel 16. denarios, duæ Curie in harda soluerunt dim. frumentum, & inferior Curia dat. 20. caseos & 20. denar. 100. oua & 6. pullos, superior 10. caseos, 100. oua sex pullos. Ibidem huba vna Comes Otto & filius Domina H. hæc nobis contulit prædia Hohenkirchen & ad h. pertinentia. Vberse curtif. vnum & duos mansos.*

Viam vniuersę carnis ingresso Duce *Luduvico Noricorum* & apud nos sepulto, præfente reuerendo Archiepiscopo *Eberhardo Saltzburgenfi*, qui & deuotus Ecclesię exequias exhibuit cum duobus suffraganeis suis Episcopis videlicet *Chimfense* & *Sekuense*, nec non etiam Episcopis *August.* & *Frisingen.* c. His inquam præsentibus post humationem tanti Principis *Otto* filius eius tradidit ad altare sanctę *Marie* prædia subscripta: *Schyren.* 3. curias: *Pulnhusen* hubam, in *Wihse* molendinum: *Paldenruis* curtem, *Lutvrigsfriet* hubam, *Hentshouen* hubam, *Karlsberch* curtem: *Schonberch* curtem: *Goldenhouem.* 3. hubas. *Teisingen* curtem. Testes sunt *Eberhardus* Archiepiscopus *Saltzburgenfis* cum Episcopis iupradictis, *Laodamia* Ducissã, *Agnes* Ducissã: *Chunradus* Comes de *Wazzerburch*, *Otto* Comes de *Valeie*, *Cunradus* Comes de *Plain*, *Cunradus* & *Hainricus* Comites de *Moschburch*:  
*Lupurb.* *Cunradus* nobilis de *Lupach*: *Heinricus* nobilis de *Starcholeteshouen*: *Vlricus* nobilis de *Wickershouen*, *Marquardus* nobilis de *Steringen* *Luitoldus* *Pincerna* de *Ogia* & filij eiusdem: *Vlricus* & *Ludovicus*: *Percht*: *Marfchalculus* de *Schiltperg*, & trater eius  
*Stauingen* *Luitoldus*: *Alhardus* de *Briisingen* & alij quàm plures.

M. C. C. XXXI.

*Ludouicus* Dux *Boarie* filius *Otonis* pronepotis *Hazige*, in *Keihaim* à quædam morione (quem naturalem fatuum vulgo vocant) interficitur, *Schirach* sepelitur. Interfuere exequiis, *Eberhardus* Archiepiscopus *Salisburg.* Episcopi *Chimfensis*, *Secouienfis*, *Frisingen.* *Augusten.*

*Otto* filius eius tradit *Schirensi* cœnobio *Wichsen* molam, *Luduvigfriet*, *Paldenruis*, *Hentshouen*, *Karlsberg*, *Schonberch*.

Testes *Laodamia* vxor *Ludouici*, *Agnes* vxor *Otonis* Ducis, *Chunradus* Comes de *Wasserburg*, *Otto* Comes de *Valeia*. Hic *Ludouicus* extruxit collegium sacerdotum *Olinga*.

Eius vxor *Laodamia* (ex qua vnicum filium *Otonem* genuit) cœnobium sanctarum virginum *Selingental* *Lantsbut* ædificauit vbi sepulta est.

Hic *Ludouicus* Anno Christi M. CC. XV. impetrauit palatium *Rheni* à *Friederico* secundo, mortuo *Heinrico* palatino *Rheni*, cuius filiam *Agnetem* nuptum dedit filio suo *Otoni*. Ita hæcenus Principes nostri sese palatinos *Rheni* nuncupant & sunt.

## SCHLECHDORF.

COLLEGIVM Canoniorum regularium S. Augustini. Hoc monasterium situm ad radices alpium in superiori *Bauaria*, constitutum seu fundatum est cum *Beurn*, *Polling* ac aliis Monasteriis, à *Landfrido*, *Waldramo* & *Elilando*, fratribus, Comitibus ab *Ancorf* & *Loysa*, sub *Vtilone* Duce *Bauaria*; deuastatur per *Vngaros*, sub *Ludouico* Imperatore, circa Annum 907. *Auent.* fol. 482. reficitur per *Heinricum* Ducem *Boiorum*, & *Otonem* Episcopum *Frisingen.* fratrem eius, vnà cum *Schliers* & *Scheftlarn*, circa Annum Domini 1140. *Auent.* fol. 630. alibi *Auentin.* in *Annalibus* fol. 292. ponit: *Schlechdorf* & *Polling* post *Vngarorum* deuastationem receperunt regulam S. Augustini. Nam ab initio erant Ordinis S. Benedicti. Tenuis sunt hoc tempore huius Monasterij census ac redditus, vt vix tres aut quatuor Canonicos alere possit. Dicitur ibi requiescere corpus S. *Tertulini* Martyris, viri industrij ac Nobilis *Romani*, sub summo Altari.

ADDI.